

† Anno ab Incarnacione domini nostri ihesu christi Millesimo Trecentesimo, quadragesimo primo, secundum Cursum (1) Baroli, Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno Tricesimo secundo, Mense Octubris die decime eiusdem none Indicionis apud Barolum. Nos Robertus de Maroldo Regalis baroli Iudex, Nicolaus de magistro Leone puplicus eiusdem terre notarius et testes subscripti, licterati, ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti publico scripto fatemur, notum facimus et testamur. Quod, predicto die, In nostri presentia, constitutis nobilibus viris Lillo, Iohanne et Thomasia fratribus et sorore. filiis qd. Nicolecti de Argentera, et nepotibus, et heredibus qd. Roberti de Argentera ex una parte et Nobili viro Nicolao Iudicis Franci de Salpis concivibus nostris, ex parte altera dicti Lillus, Iohannes et Thomasia, scilicet dicta mulier cum consensu dictorum fratrum mundualdorum suorum sub quorum mundo, se, fore recognoverunt *etc.* vendiderunt et per fustem tradiderunt predicto Nicolao presente Vineas eorum septem et ordines viginti vituum quadraginalium, sistentes in pertinentiis Baroli in Cluso Santi Marci iuxta vineas Milachii de Nicastro a medio limite, iuxta vineas Citule de Argentera (*sic*), iuxta vineas ipsius Nicolai, et viam publicam *etc.* cum medietate, Palmenti, pile, et Curtis et Iardanello parvulo sistentibus in Vineis ipsius Citule *etc.* Ex qua venditione receperunt uncias Triginta unam presentialiter *etc.* Iuraverunt super Santa dei Evangelia *etc.* Quod scripsi ego predictus Nicolaus publicus baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Ego Iudex Robertus q. s. Iudex predictis Interfui et me subscripsi et subsignavi.

† Notarius Benedictus notarii Iacobi testatur.

† N. Nicolaus magistri Masini puplicus Baroli not. testatur.

† Notarius Thomasius Palmarii de Fasano testatur.

Notitia testium:

Iudex Umfredus de Lauretta, not. Nicolaus grassus, not. Thomasius de Fasano, not. nictus not. Cob., not. Lillus de amato.

(1) Si deve senza dubbio a questo tempo — e la frase ripetuta in molti documenti la rispecchia — la nomea che *Barletta è stata sempre regno*.

In altra pergamena della stessa data ed emessa dallo stesso notaio, è ripetuta la stessa espressione *secundum cursum Baroli*, mentre *Pasca*, moglie di Roberto, viene quietanzata dagli stessi nipoti di certi beni dotali: *localia, pannos et robbas* che loro doveva in forza del testamento del marito defunto.